Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



suo noua et uetera. Off. Filie regum mihi. Sec. Hostias dne quas
offerimus pia suscipe. et mentem lente beata. s. mature
tua. uincula peccatorum nostrorum absolue. p. Co. Confundantur superbi. Ps.
Ceciderunt. Cōpl. Refecti cibo potuque celesti ds nr te supplices ex
oramus. ut mandata hec commemoratione percipientes eius munia
mur et precibus. p. In festo vni coniugate uel uidue q nō fuit martyr.
Co. Ognoui domine. Ps. Iudica me. Vel. Diligam te domine. Fouea
at nos quesumus beata. s. in sua iocunda festiuitate. et
pietatis tue nos commendare non desinat. p. Alia de una mre.
Prestā ds omnipotens. ut beate. s. mris tue sollempnia recensentes.
ipsius meritis pregamur et patrocinis. p. Lectio sapie. Mulierem
fortem quis inueniet. Procul et de ultimis finibus pretium eius. Con
fidit in ea cor uiri sui. et spolis non indigebit. Reddet ei bonum
et non malum. omnibus diebus uite sue. Quesiuit lanam et linum. ope
rata est consilio manuum suarum. Facta est quasi nauis institorum. de
longe portans panem suum. Et de nocte surrexit. dedit predam
domesticis suis. et cibaria ancillis suis. Considerauit agrum et
emit eum. de fructu manuum suarum plantauit uineam. Accinxit
fortitudine lumbos suos. et corroborauit brachia sua. Gusta
uit et uidit quia bona est negotiatio eius. non extinguetur in
nocte lucerna illius. Manum suam misit ad fortia. et digiti eius
apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi. et palmas
suas extendit ad pauperem. Non timebit domui sue a frigoribus
niuis. Omnis enim domestica eius. uestita sunt duplicibus. Stragu
4 uestem lam fecit sibi. bissus et purpura indumentum eius. Nobilis in
portis uir eius. quando sedet cum senatoribus terre. Sindonem
fecit et uendidit. et cingulum tradidit chananeo. Fortitudo